



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetiis, 1608**

1 An definitio iustitiæ à iurisperitis sit recte constituta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

fati forsan quis hoc obmoliatur argumen-  
tum. Esto ita sit, quod filius quâ diu est sub  
cura parentum, aliquid sit patris, tamē post  
quam emancipatus est, iam inde, sua qua-  
dra viuens sit ciuis, sicuti est pater, cui deinceps  
publici magistratus pariter decernuntur. Immo quandoque est patre superior  
puta vel prætor, vel consul, vel dux belli.  
Item inter patrem & filium possunt tunc  
celebrari contractus emptionis, vëditionis,  
& alij in quibus iuris ratio æqua libra vtrin-  
que pendet: ergo inter patrem & filium in  
teuenire potest perfecta ratio iusti. Atqui  
hoc annuere videtur diuus Thomas in so-  
lutione secundi argumenti, vbi ait quod  
pater & filius, donatus & seruus, considera-  
ri possunt vt sunt homines, & vt vnus est ali-  
quid alterius, & ideo etiam dantur aliqua  
leges de patribus quomodo se debeant ha-  
bere erga filios. Caietanus contendit quo-  
modo cumq; considerentur filij, non esse ius  
simpliciter inter ipsos & parentes, sed secū-  
dum quid. Nam ius, inquit, quod est inter  
eos quatenus homines, modificatur per il-  
lud, quod vnus est pars alterius. Et ideo fit  
ius secundum quod, puta paternum. At ve-  
ro si meum iudicium vllius est momenti, di-  
stingerem potius quod quantum ad natu-  
ralia iura semper inter filios, etiam eman-  
cipatos, & parentes manet ius paternum,  
puta quantum ad honores deferendos, &  
quantum ad aliqua obsequia, & iuuamina  
dum opus illis fuerit filiorum opera, sed  
quantum ad ciuilia, ius simpliciter & iustū  
est inter illos.

Primū  
argum.

S. Tho.  
Secūdū.

Caieta.  
Solutio  
auctoris  
risum.

Ad pri-  
mū arg.

Ad secū-  
dū arg.

Ad 3.

claratum. Tamē illa iura nulla ratione de-  
ficiūt a perfecta iustitia, sicuti paterna, quia  
est alterius simpliciter ad alterum. Omnia  
enim reipublice membra immediatum or-  
dinem habēt ad bonum commune, & ideo  
tam iustum & inter principem, & ciuem &  
inter quemcunq; magistratum & subdi-  
tum, quam inter reliquos ciues, sed differūt  
illa iura penes diuersa officia, vt loco citato  
declaratum est.

QVÆSTIO II.

DE IUSTITIA.

S. Tho. 2. 2. quæst. 58.

ARTICVLVS I.

*Vtrum definitio iustitia a Iuri consulis sit  
recte constituta.*



Iuris igitur natura præfinita  
sequitur, vt virtutem ipsam  
iustitiæ, de qua præsens o-  
pus instituiamus, & definitio  
ne monstremus & omnib.  
suis numeris circumscribamus. Queritur er-  
go vtrum definitio Vlpiani. ff. de iust. &  
iur. qua ait. Iustitia est constans & perpetua  
uoluntas ius suum vnicuique tribuen-  
di, naturam iustitiæ absolute declarat? Et  
arguitur a parte negatiua, Philof. s. Eth. ait  
iustitiā esse habitum quo iusta operamur  
& volumus, non ergo est voluntas, quæ  
est potentia. Secundo; Sola Dei vo-  
luntas est perpetua, ergo vel iustitia non  
est perpetua voluntas, vel non est in homi-  
nibus. Tertio perpetuum & constans idem  
est, alterum ergo in definitione redundat.  
Quarto. Ius reddere, munus est principi  
proprium: non ergo id habitui iustitiæ com-  
petit. In contrarium est auctoritas Iurif.  
consulti.

Ad questionem vnica respondetur af-  
firmatiua conclusiue. Definitio illa sane  
intellecta bona est. Etenim cum virtus om-  
nis sit habitus electiuus, vt 2. Eth. ait Arist.  
& habitus ab actu fortiaur speciem, sicuti,  
& actus ab obiecto, illa est optima vniuf-  
cuiuslibet virtutis definitio, quæ per pro-  
prium

Primū  
argum.  
Aristot.  
Secūdū.  
Tertiū.  
Quartū.

Conclō  
iustitia.  
Probō.  
Aristot.

SOTO  
iure  
legibus  
DIE  
13

prium actum & obiectum naturam rei exprimit. Quoniam sicut anima rationalis forma est hominis, sic & actus est forma habitus, iustitia autem, ut supra sepe dictum est & inferius est demonstrandum, est virtus quae habentem ordinat ad alterum, inter quos equalitatem constituit dati & accepti.

Aristot.

Quare actus proprius iustitiae est reddere ius unicuique suum. Sunt autem tres conditiones omni virtuti communes, quas Aristot. 2. Ethicorum declarat scilicet ut sciens quis operetur, atque eligens propter finem, & tertio, ut perpetuo & constanter in omnibus actionibus, ut oportet, operetur nam unus aut alter virtutis actus non facit studiosum: sicut neque vna hirundo ver. Vbi ergo iuris petitur aut, iustitia est voluntas, non accipit nomen pro potentia, sed pro eius actu. nam nomen potentia aliquando tribuitur actui, quemadmodum principiorum cognitio, dicitur intellectus. Neque vero est predicatio identica, sed causalis: iustitia enim est habitus, quo fit voluntarius actus, quemadmodum August. super Ioann. ait. Fides est credere quod non vides, id est est habitus credendi. Quare voluntas ponitur loco generis. Oratorio autem modo Iuriconsultus usus est nomine, Voluntas, ad exprimendum in primis proprium virtutis subiectum: sana, quod virilico dicturi sumus, est voluntas. Deinde ad exprimendum virtutis opus, quod debet a sciente & eligente spontaneo proficisci: nam quod per ignorantiam vel per violentiam fit, quia non est voluntarium, non est officium. Et eadem ratione Anselmus, quando in lib. de veritate dixit, quod iustitia est

Anselmus.

rectitudo, non fecit propositionem quam dicunt identicam, sola enim divina voluntas est sua rectitudo: sed usus est propositione causalis, propterea, quod iustitia efficit in opere rectitudinem. Quod autem Vlpian. adiecit, Perpetua, servit ad depromendam tertiam conditionem virtutis Perpetuum enim dupliciter sumitur. Vno modo, ratio ne actus, qui nunquam interruptitur: atque haec perpetuitatis ratio soli Deo competit. Alio modo ratione obiecti, ut scilicet quisque ponat in omni euentu debite & secundum legem operari, & haec conditio necessaria est omni virtuti. Sapienter tamen appoluit, Constans, quod non est idem quod Perpetuum. Nam Perpetuum, solum dicit propositum atque intentionem sic semper operan-

di. Constans autem, addit eiusdem propositi firmitatem, nempe ut homo tali proposito non nutet, & vacillet, sed fixum id gerat. Quae quidem constantia nemini obtingit antequam omnem sit adeptus virtutem, s. ut neque propter avaritiam, neque propter metum, neque propter aliquam voluptatem, aliamve illam affectionem a iustitiae rectitudine deflectat. Vnde Constans, idem est quod vndique quasi tesserat, quadratus frans. Quot enim reperias haberes propositum semper studiosè agendi, qui tamè quia firmis radicibus virtutis non nituntur, identidem dilabuntur. Haec enim ergo genus virtutis iustitiae definitum est. Quod autem adhibuit, ius suum unicuique tribuendi, differentie locum obrinet, iustitiam a ceteris virtutibus discernens, atque adeo eius speciem complens. Ex quo fit Buridanum praeter rationem. s. Ethic. q. 2. negare praedictam definitionem congruere iustitiae quantum ad omnes suos actus. Subdit namque ibidem Iurisperitus, iuris praeccepta sunt haec. Honestè vivere, Alterum non laedere, Suum cuique tribuere. At ergo Buridanus definitionem hanc soliter per partem iustitiae convenire. Porro autem hoc falsum est, immo exprimit totam iustitiae substantiam. Est enim propria eius functio ius cuique tribuere, ac perinde neminem laedere. Nam, Non occides, Non furtum facies, &c. rationes iustitiae explicat. Prima autem pars Iuriconsulti. Honestè vivere, non est peculiaris actus iustitiae, sed generalis omnium virtutum. Nam iam dictum est omnem virtutem, generalem habere rationem iustitiae: ut inferius hic amplius explicabimus. Et ideo illas pars non includitur in definitione, quae particulari iustitiae adscribitur. Est ergo optima definitio Iuriconsulti immo explicatio quam illa Aristot. Iustitia est habitus iustorum operativus, quia haec non explicat specialem rationem iusti, quae est, ius alteri reddere. Si autem conciliare ambas libet & luculentius elucidare, colligito cum S. Thoma definitionem hanc, Iustitia est habitus quo quisque perpetuo constantique voluntate ius suum unicuique tribuit. Neque obstat quod & hoc principi eandem & iudici competat. Nam princeps ius reddit imperando, & dirigendo tanquam custos iusti: virtus autem iustitiae, cuiusque animam promptum reddit, siue princeps sit, siue subditus tanquam obediens rationi, & legi.

Solutio

Primum argum. a parte negatiua. Fig. 2.

Cicero.

Prima conclusio.

Rō con. cōnis.

Aristot.

& legi, vt reddat vnique quod debet. Per hæc ergo soluta restant argumenta in capite quæstionis obiecta.

Solutio

ARTICVLVS II.

*Verum iustitia sit virtusque habentem ad alterum ordinat.*

Constituta iustitiæ definitione, subsequitur vt eius substantiam, atque in partas qualitates singularim exploremus: id que examinando singulas definitionis particulas. Quæritur ergo circa eius vltimam differentiam, qua est ius suum vnique tribuere, vt ius iustitia proprie sit ad alterum? Et arguitur a parte negatiua, ex illo Apostoli ad Rom. 7. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi: fides nanque non dicitur per comparationem vnus ad alterum. Secundo, iustitia Dei est æterna, & tamen ab æterno non habuit a se alium ad quem eadem referretur, ergo iustitia non est ad alterum. Tertio, Officia iustitiæ etiam si ad alterum sint, moderamine nihilominus eger, & rectificatione in ordine ad egerent nam auarus eger ab se indicat quod habet alienum. Quare vt est Prou. 11. iustitia simplicis dirigit viam eius, ergo iustitia non solum circa ea, quæ sunt ad alterum verum & in moderandis affectionibus ipsius habentis versatur. In contrarium est Cicero lib. de Offi. in quibus iustitiæ eam esse rationem, qua societas hominum inter ipsos & vitæ communitas continetur. Qua porro descriptione insinuat ordo ac respectus vnus ad alterum.

Primum argumentum a parte negatiua. Arg. 1.

Cicero.

Prima conclusio.

Ratio conclusio.

Aristo.

Quæstio facillima est, duobusque conclusionibus contenta. Prior est. Iustitia proprie dicta duo requiritur diuersa supposita, inter que æqualitatem constituat. Conclusio est Philosoph. 10. Ethic. ca. ult. quæ porro ex ipso nominis significato dilucide patet. Iustitia n. idem est, quod æqualitas seu æqualitatis habitus æqualia autem, nisi abutur aut per metaphora, non nisi duo dicantur, vt patet in quantitatibus ad eandem normam iustificatis. Rursus iustificari, si ad mores accommodetur, non conuenit nisi humanis actionibus actiones vero, vt de anima atque est Philosophus, non conueniunt natura vel partibus, sed tantum supposito, humanitas enim inquit non nec, neque vero digiti aut manus, sed mulier, neque vero manus aut per iniuriam proprie percuit, aut per auitiam debitum soluit, sed homo, nisi forte per similitudinem, seu tanquam instrumenta coniuncta. Consequens ergo fit vt iustitia non solum inter duo qualitercunque distincta, sed inter duo supposita sua exerceat munera. Posterior conclusio. Nihil verat quod minus iustitia metaphoricè dicta inter partes eiusdem suppositi existat. Et hanc quoque conclusionem subdit eodem loco Philosophus. Et patet exemplum inter duas hominis partes. Primum enim iustitia est inter membra, dum scilicet oculi pedes suo lumine ducunt, & vicissim pedes sua opera illos portant. Præterea, pars sensualis, putata irascibilis, & concupiscibilis, dum rationi obsequio despotico obediunt, iustitiam custodire dicuntur, & dum rebellant, iustitiam perturbare. Vnde Augustin. li. de moribus Eccl. Ad iustitiam, inquit, pertinet ob hoc quod quis Deo seruit, bene imperare cæteris, quæ sunt hominis subiecto. Et autem ratione appetitus subiectus, secundum illud Gen. 4. super te erit appetitus eius, scilicet peccati & tu dominaberis illius. Res est facillima, quæ nullius eger amplificatione, nisi forsitan si quis interroget an tanta sit ratio iustitiæ inter has partes eiusdem hominis quanta inter patrem & filium? Apparet enim ita esse, nam quia filius est aliquid patris, diximus non repetiri inter illos iustum nisi secundum quid Respondetur tamen diuersam esse rationem. Nam cum pater & filius duo sint supposita, vere ac proprie constituitur inter eos ratio iustitiæ, licet quodammodo minuens intra latitudinem eiusdem rationis sed tamen inter rationem & appetitum, quippe quæ non sunt duo supposita non est iustitia nisi metaphorica.

Conueniunt natura vel partibus, sed tantum supposito, humanitas enim inquit non nec, neque vero digiti aut manus, sed mulier, neque vero manus aut per iniuriam proprie percuit, aut per auitiam debitum soluit, sed homo, nisi forte per similitudinem, seu tanquam instrumenta coniuncta.

Consequens ergo fit vt iustitia non solum inter duo qualitercunque distincta, sed inter duo supposita sua exerceat munera. Posterior conclusio. Nihil verat quod minus iustitia metaphoricè dicta inter partes eiusdem suppositi existat. Et hanc quoque conclusionem subdit eodem loco Philosophus. Et patet exemplum inter duas hominis partes. Primum enim iustitia est inter membra, dum scilicet oculi pedes suo lumine ducunt, & vicissim pedes sua opera illos portant. Præterea, pars sensualis, putata irascibilis, & concupiscibilis, dum rationi obsequio despotico obediunt, iustitiam custodire dicuntur, & dum rebellant, iustitiam perturbare. Vnde Augustin. li. de moribus Eccl. Ad iustitiam, inquit, pertinet ob hoc quod quis Deo seruit, bene imperare cæteris, quæ sunt hominis subiecto. Et autem ratione appetitus subiectus, secundum illud Gen. 4. super te erit appetitus eius, scilicet peccati & tu dominaberis illius. Res est facillima, quæ nullius eger amplificatione, nisi forsitan si quis interroget an tanta sit ratio iustitiæ inter has partes eiusdem hominis quanta inter patrem & filium? Apparet enim ita esse, nam quia filius est aliquid patris, diximus non repetiri inter illos iustum nisi secundum quid Respondetur tamen diuersam esse rationem. Nam cum pater & filius duo sint supposita, vere ac proprie constituitur inter eos ratio iustitiæ, licet quodammodo minuens intra latitudinem eiusdem rationis sed tamen inter rationem & appetitum, quippe quæ non sunt duo supposita non est iustitia nisi metaphorica.

Ad primum igitur argumentum respondetur, quod cum ait Paulus iustitiam esse per fidem, non accipit iustitiam vt est specialis virtus moralis, quæ facit opus iustum id est, adæquatum alteri homini: sed vt hominem ipsum a peccato liberat reificando appetitum. vt sit ratione obsequens. Et secundum hanc rationem est iustitia metaphorica. Tamen, vt supra diximus eadem pariter hominem iustificat.

Vltima conclusio.

Exploratur conclusio.

August.

Quæst.

Ratio hestandi. Solutio.

Ad primum arg.

OTO  
LURE  
LOIUS  
DIE  
13